

aliis a Reverendis. Abbate, aut jam constitutis, aut constituendis in posterum, nullam omnino Jurisdictionem competere in Congregatione nostra reformata, sed in Domibus, atque erga personas Ordinis antiquae Reformationis tantum pro Reverendis. Abbatibus Juribus vindicandis, tuendis.

X I.

Capitulum Generale inhaerens Bullis Summorum Pontificum Gregorii XV., & Urb. VIII. pro reformatione Ordinis nostri editis, Statutis Congregationis nostrae reformatae a Sancta Sede anno 1634. approbatis Decretis Capitulum Generalium annis 1630, 1634, 1636, 1645, 1676. sancitis, & promulgatis nulla habita ratione declarationum a Capitulis Generalibus annis 1648. Sess. 6., 1651. Sess. 5., & 1679. Sess. 3. super Superiorum, aut Vicariorum nominatione simpliciter editarum, quas tanquam hic expressas praesens Capitulum, utpote Pontificis Bullis adversantes, & Constitutionibus, ac Institutis Congregationis nostrae reformatae contrarias, & noxias antiquat, & rescindit, Religiosos omnes veri Superioris Officio fungentes in Domibus Congregationis nostrae reformatae, ubi fratres Clerici quatuor a Superiore cohabitant, quorumque nomine appellantur, etiam Domorum Urbis, & Florentiae Vicarios a Capitulo Generali per secreta suffragia in posterum eligendos esse, & illos tantum, qui sic electi fuerint, in Comitibus Generalibus cum vocis activae suffragio admitti posse, statuit, pronuntiat, & definit exceptis Vicariis Domorum Renuerfi, & Taurini, qui a Capitulo Conventuali Monasterii Abbatialis per secreta suffragia pro more confessus generalis tempore electi confirmationis beneficium ab ipso Generali Capitulo sub nullitatis poena obtinere tenebuntur; firma tamen & stabili permanente Domorum Capituli Ordinis annexorum unione, cui per supradictum Decretum Capitulum Generale nullum praedictum inferre intendit, servato etiam antiquo Superiorum, & Vicariorum Ordine, qui eundem gradum, idemque nomen obtinebunt.

X I I.

Nullus Superior etiam Reverendis. Abbas Generalis Postulantes ad habitum, & Novitios ad professionem admittere praesumat, nisi praemissis informationibus legitimis, ac examine praevio de eorum vita, moribus, scientia, & qualitatibus in Diffinitorio discussis, & approbatis, secundum Constitutiones fel. rec. Sixti V. & Clementis VIII., ac Decreta Capituli Generalis anni 1930. Sess. 15, 16, & 17. edita sub poena suspensionis ab officio, & aliis in eadem Constitutione Clementis VIII. expressis; praenotaturque a Capitulo Generali statutus, & constans Novitiorum numerus, qui triennio quolibet juxta Domorum redditus in Congregationem admitti possit, neque hunc numerum adaugere, & transgredi liceat.

Facta praedictorum Decretorum in Capitulo generali promulgatione expressa RR. PP. vocales omnes, & singuli ad perpetuam eorum observantiam quantum ad se pertinebit iurejurando solemniter manibus ad pectus appositis sese adstrinxerunt, volueruntque insuper ut Reverendis. Abbas mox eligendus, ejusque Successores Officio suo defungi non possint, nisi prius decreta hujusmodi omnia, & singula in integrum

De electione Superiorum, & Vicariorum.

De Novitiis.

Relata Statuta confirmata fuerit a Capitulo, & confirmanda erunt ab omni Superiore Gen. nec non a Sede.

a se sancte, & religiose observanda fore simili iuramento coram omnibus confirmaverint, & tam Reverendissimus Abbas Superior Generalis, quam Diffinitores, ac specialiter Procurator Generalis Ordinis in Curia praemissorum omnium confirmationem a Summo Pontifice per Breve Apostolicum quamprimum, & infra sex Menses si possint obtinere curabunt, ut praefati articuli omnes Constitutionis apud nos perpetuae vim, & auctoritatem habere, ac in posterum inviolate observari possint, & valeant. Actum apud Monasterium Sancti Antonii Viennensis in Capitulo Generali Sessione quarta die vero mensis 4. Septembris anno post Christum natum millesimo septingentesimo secundo. In quorum fidem vocales omnes hic subscriperunt, & sigillo Capituli Gen. muniti iusserunt =

- Frater Jo. Dufresne Prior Clauftralis.
Fr. Gaspar Fayard Diffinitor.
Fr. Claud. Barracan Diffinitor.
Fr. Franciscus Maffei Diffinitor.
Fr. Hieronymus Fajard Visitator.
Fr. Pignier Visitator.
Fr. M. Hefeler Procurator Gen.
Fr. Antonius Foryet Superior Paris.
Fr. Delamare Superior Cambreij.
Fr. Fouton Superior Pontis Mauffionis.
Fr. Petrus Dumont Superior Aremoniar.
Fr. Antonius Fayard Superior Mai-Landae.
Fr. Mattheus David Superior Isnhemensis.
Fr. Petrus Barbe Superior Montisterrandi.
Fr. Antonius Fournet Superior Albae terrae.
Fr. Franciscus Guillaud Superior Masseliae.
Fr. De Daise Superior Domus Trecentis.
Fr. Henricus la Forest Superior Barroduci.
Fr. Franciscus Roux Superior Lugduni.
F. Balthasar de Falcoz Superior Rothomagus.
Fr. Bouvier Superior Rhemenfis.
Fr. Jacobus Dufaur Superior Pontis aurati.
Fr. Marcus Antonius Villaris Superior Mentensis.
Frat. Gaspar Combes Superior Cabilonensis.
Fr. H. de Tarrissan Superior Viennensis.
Fr. Antonius Fruchet Superior Pontis Inroyanis.
Fr. Gaspar Gautier Superior Argentorati.
Fr. Edmundus Superior trium Spicatum.
Fr. Jacobus Descamp Vicarius Urb.
Fr. Alexander Patu Vicarius Florentiae.
Fr. Joannes Baptista Arthaud Vicarius Renuerfi.
Fr. Jacoas Grata Taurini Vicarius.
Fr. Jacobus Ballet Discretus Abbatiae, & Magister Novitiorum.
Fr. Alexander Dufresne Parisiorum Discretus.
Fr. Guillelmus Autin Discretus Rothomagensis.
Fr. Antonius Mus Discretus Lugduni.
Fr. Petrus Louat Discretus Cambreij.
Fr. Raymundus Fayard Discretus Massiliae.
Frat. Antonius Joseph Luchaspe Discretus Pontis Mouffionis.
Fr. Franciscus Je Reune Discretus Urbis.
Fr. Claudius Franciscus Jolis Pontis aurati Discretus.
Fr. Gregorius de Vitrolle Florentiae.

Nomina eorum, qui Capitulo Gen. adscribunt.

Preces Abbatum, Procuratorum, & Diffinitorum Gen.

Ipsum precibus Pontificis benigne annuit.

Confirmatio relatorum Decretorum.

Clausula.

Fr. Jo.

Fr. Jo. Robin Discretus Treocarum.
Fr. Paulus Autin Secretarius, & Diffinitor.

Quibus perlectis in praesentia R. Ad. Patris Joannis Danthon Abbatis Superioris Generalis electi, & coram utroque Capitulo Generali Ordinis, & Conventuali hujus Monasterii hos omnes articulos, & singulos eorum, praefatus Ad. Pater Joannes Danthon electus Abbas laudavit, approbavit, & iurejurando illos se esse observatum promisit, manibus ad pectus apposis die 7. Mensis Septembris post meridiem Anno millesimo septingentesimo secundo in Aula Capitulari apud S. Antonium Viennensem. In quorum fidem &c. = Fr. Joannes Danthon Abbas Superior Generalis = De mandato praefati Superioris Generalis = Fr. Paulus Autin Diffinitor Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Capitulum Generale praedictum, quo Decreta hujusmodi vim Statuti irrevocabilis habeant, eisdem Petro Procuratori Generali, ac Joanni Abbati Generali, & Diffinitoribus juxta tenorem quarundam literarum fel. rec. Gregor. XV., & Urbani VIII. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum circa reformationem praedictae Congregationis emanatarum dederit in mandatis, quatenus infra sex menses inde proximis praedictorum Decretorum a Sede Apostolica confirmationem & approbationem obtinere curarent, ac proinde dictus Petrus Procurator Generalis nominibus praedictis Decreta hujusmodi pro firmiori illorum subsistentia, exactiorque observatione Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiti summo petere desideret: Nos specialem praedictis Petro Procuratori Generali, & Joanni Abbati Generali, & Diffinitoribus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae R. E. Cardinalium super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum consilio, Decreta praenotata in memorato Capitulo Generali edita, ut praefertur, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper intervenierint supplementis.

§. 2. Decernentes easdem praesentes Literas, & Decreta praenotata semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarem Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis praedictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus insuper, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XII. Maii MDCCCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

L.

Conceditur facultas applicandi quasdam Indulgentias Defunctis per modum suffragii Confraternitati Conceptionis Beatae Mariae Virginis in Ecclesiis Fratrum de Mercede Civitatis Mexicanae.

Dat. 23 Junii 1793. An. 3.

Ab Alex. VIII. Const. ed. 1690, Apr. 15, P. 1. concessa fuit Indulgentia Stationum in perpetuum Confraternitatibus B. M. de Mercede. Et ab hoc Pontifice Const. ed. 1717, Aug. 4, P. 17 conceditur Indulgentia in festo S. Raymundi pro Ecclesiis Fratrum de Mercede.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut dilecti filii Officiales, & Confratres Confraternitatis sub titulo, seu invocatione Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculae in Ecclesia Ordinis Fratrum ejusdem Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis Mexican. in Indis Occidentalibus canonice, ut asseritur, erectae nobis nuper exponi fecerunt, alias Confratribus, & Confratribus dictae Confraternitatis certatim expressa pietatis opera peragentibus nonnullae Indulgentiae, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes auctoritate Apostolica in perpetuum concessae fuerint, quibus iidem Confratres, & Confratres de praesenti fruuntur; dicti vero Exponentes illas Christianissimorum Defunctorum animabus per modum suffragii applicari posse plurimum desideret. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium.

Auctoritate Apost. quaedam Indulgent. concessae fuerunt d. Confraternitati Praeces Confratrum.

Concessio per-  
petua pract.  
facultatis.

tium dumtaxat consequendum harum serie ab-  
solventes, & absolutas fore censentes, suppli-  
cationibus eorum nomine nobis super hoc hu-  
militate porrectis inclinati, omnibus, & singulis  
memoratae Confraternitatis Confratribus, &  
Confratribus presentibus, & futuris, ut In-  
dulgencias, & peccatorum remissiones, ac poe-  
nitentiarum relaxationes predictas, quas de  
cetero consecuti fuerint, Christianidelium De-  
functorum animabus, que Deo in charitate  
conjuncta ab hac luce migraverint, per mo-  
dum suffragii applicare libere, & licite possint,  
& valeant, dicta auctoritate, tenore presentium  
concedimus, & indulgemus. In contrarium  
non obstantibus quibuscumque. Presentibus  
perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem  
sub Annulo Piscat. die XXIII. Junii MDCCLIII.  
Pontificatus nostri anno Tertio.

L I.

Daclaratur, competere primo Assistenti Con-  
greg. Missionis jus presidendi in Gen. Conventu,  
etiam quando Superior Gen. munus suum  
dimittit.

De Assistentibus vide Innoc. XI. Constitut. ed. 1679,  
Jun. 5, P. 2. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727, Ju-  
lii 15, P. 4.

CLEMENS PAPA XI

Ad futuram rei memoriam.

A Constitutio-  
nibus con-  
ceditur facul-  
tas presidendi  
Primo Assiste-  
nti in pluribus  
casibus, sed no  
referitur casus  
presens quo  
Superior Gen-  
er. renunciat  
muneribus.

CUM, sicut accepimus, dilectus filius mo-  
dernus Superior Generalis Congregationis  
Presbyterorum Missionis officium suum in Con-  
ventu generali per eum ad id convocato dimitte-  
re intendat, ac in eo secuta dimissione hujusmodi  
electio Vicarii, seu novi Superioris Generalis  
die VI. Augusti proxime venturi fieri debeat, in  
Constitutionibus vero dictae Congregationis primo  
quidem Assistenti Superioris Generalis ejusdem  
Congregationis facultas presidendi Conventu  
deputatorum ad Vicarium Generalem eligendum,  
casu, quo ipse Superior Generalis propter  
infirmitatem illum eligere nequeat, aut nolit,  
vel ab officio suo deputandus sit, aut non nomi-  
nato Vicario Generali ab humanis decesserit,  
concessa legatur, sed quis dicto Conventui Ge-  
nerali, Superiore Generali adhuc in humanis  
agente, & officium secum dimittente, presidere  
debeat, per Constitutiones predictas expressse  
cautum minime reperitur nec similis casus un-  
quam evenerit. Nos cupientes, ut Conventus  
generalis hujusmodi recte, & feliciter ad Dei glo-  
riam, & predictae Congregationis utilitatem ce-  
lebretur, & hac in re omnis dubitandi occasio  
tollatur, ac dilecti filii Mauriti Faure, qui (ut  
pariter accepimus) primi Assistentis ejusdem mo-  
derna Superioris Generalis munere de presenti  
fungitur, fide, prudentia, charitate, vigilantia,  
& integritate plenam habentes in Domino fidu-  
ciam, eumque a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis  
sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab ho-  
mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium  
dumtaxat consequendum harum serie

Causae decla-  
rationis d. ca-  
sus.

absolventes, & absolutum fore censentes, motu  
proprio, ac ex certa scientia, & matura delibe-  
ratione nostris, deque Apostolica potestatis plen-  
titudine, eundem Mauritiu dicto Conventui  
Generali, quatenus in eo memoratus modernus  
Superior Generalis ante electionem Vicarii, seu  
novi Superioris Generalis hujusmodi nolit, aut  
impediatur ministerium Praesidentis exequi, praes-  
sidere debere, perinde, ac si id in Constitutio-  
nibus predictis expresse cautum reperiretur, te-  
nere presentium decernimus, & declaramus.

Declaratio  
motu proprio  
facta pro Pri-  
mo Assistenti.

§.1. Decernentes pariter easdem presentes  
litteras semper firmas, validas, & efficaces ex-  
istere, & fore, suosque plenarios, & integros ef-  
fectus sortiri, & obtinere, ac predicto Mauritiu  
in omnibus, & per omnia plenissime suffragari,  
& ab eis ad quos spectat, & pro tempore quan-  
documque spectabit inviolabiliter observari: Sic-  
que in praemissis per quoscumque Judices Ord-  
narios, & Delegatos, etiam causarum Palatii  
Apostolici Auditores judicari, & definituri debere;  
ac irritum, & inane, si secus super his a quo-  
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter  
contigerit attentari.

Clausula.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Consti-  
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, inec-  
non dictae Congregationis, etiam juramento,  
confirmatione Apostolica; vel quavis firmitate,  
alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, pri-  
vilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in  
contrarium praemissorum quomodolibet concess-  
sis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus  
& singulis illorum tenores praesentibus pro plene  
& sufficienter expressis, ac ad verbum insertis  
habentes illis alias in suo robore permanentibus ad  
praemissorum effectum hac vice dumtaxat specia-  
liter, & expresse derogamus, ceterisque contra-  
riis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem sub Annulo Piscat. die IX. Julii MDCCLIII.  
Pontificatus Nostri Anno Tertio.

L I I.

Confirmantur quaedam Capitula pro bono regi-  
mine Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Cap-  
tivorum.

Declaratio  
1703. An. 3.

Inn. XII. Const. ed. 1692, Mar. 1, P. 1. extat mode-  
ratio cujusdam particulae Constitutionum. Et hu-  
jus Pontif. Const. ed. 1719, Dec. 6, P. 20. immu-  
tatur habitus donatorum.

CLEMENS PAPA XI

Ad futuram rei memoriam.

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi,  
qui charitas est, & Deus pacis, vices licet  
immeriti, gerentes in terris, ea, quae inter Chris-  
tifideles quoscumque, & praesertim illos, qui  
Altissimi obsequiis sub sua Religione jago man-  
cipati sunt, religiose tranquillitatis stabilien-  
dum studio provide, prudenterque disposita, atque  
ordinata esse noscuntur, ut firma semper, at-  
que inviolabilia permanent Apostolici munimi-  
nis nostri praesidio, cum id a Nobis petitur, li-  
benter corroboramus, & alias felici ipsorum Re-  
ligiosorum statui, regimini, & quieti providemus,  
sicut conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Ex-

Causa subfe-  
quenti Cap-  
itulum.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt  
dilecti filii Franciscus Ruiz Ordinis Fratrum  
Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivo-  
rum, & Clemens a Jesu Fratrum Discalceato-  
rum Congregationis Gallicanae ejusdem Ord-  
inis Procuratores Generales, quod occasione va-  
riorum controversiarum, quae dicti Ordinis sta-  
tum, & religiosam quietem diu perturbarunt,  
ad majorem Dei gloriam, ac pro felici, prospere  
ipsius Ordinis regimine, & gubernio condi-  
cata fuerunt nonnulla Capitula, per quae videlicet  
ordinatur.

De Constitu-  
tionibus Or-  
dinis.

§.2. Primo; ut Fratres omnium Provincia-  
rum dicti Ordinis observare promittant illius  
Constitutiones, & additiones a sel. rec. Alexan-  
dro Papa VII. Praedecessore nostro approbatas,  
in iis tamen, quae infra scriptis non adveniunt;  
& casu, quo in proximo futuro Capitulo Gene-  
rali ejusdem Ordinis aliquid pro felici ipsius Or-  
dinis gubernio statuendum sit, sive scilicet am-  
pliando, sive declarando dictas Constitutiones,  
sive etiam aliquam de novo condendo, possit id  
fieri accedente consensu majoris, & sanioris par-  
tis Vocalium; Ita tamen, ut quod inibi statutum  
fuerit, nullam vim, nec efficaciam habeat, nisi  
prius ab hac Sede confirmatum fuerit. II. Elec-  
tio Ministeri Generali dicti Ordinis nunquam a  
solis quatuor antiquis Provinciis Galliae, sed ab  
omnibus Provinciis ipsius Ordinis fiat, sicut per  
primitivas, & fundamentales ejusdem Ordinis  
leges in prima, & nona rec. mem. Innocentii III.,  
ac decima Clementis IV. Romanorum Pontifi-  
cum Praedecessorum pariter nostrorum litteris  
sub plumbo expeditis, & praedictis ab Alexandro  
Praedecessore approbatis Constitutionibus con-  
tentas disponitur, necnon anno MDCLXXXVII.  
a dicta Sede declaratum fuit. Porro quicumque  
dicti Ordinis Religiosus cujuslibet Nationis in  
Ministerium Generale ipsius Ordinis eligi possit,  
omnesque Religiosi vocem activam, & passivam  
in electione hujusmodi habentes, vel habituri  
ea, quae in Constitutionibus, earumque additi-  
onibus praedictis ordinantur, semper observare  
debeant. III. Idem observetur in Capitulis Ge-  
neralibus correctivis, in quibus ea omnia, quae  
in dictis Constitutionibus, & additionibus ordi-  
nantur, observanda sint. IV. Ministeris, seu Su-  
perioribus localibus quatuor antiquarum Pro-  
vinciarum Franciae, Campaniae, Normandiae, &  
Picardiae dicti Ordinis vox activa in Capitulis  
Generalibus minime competat, prout nec com-  
petit Ministeris, seu Superioribus localibus hujus-  
modi aliarum Provinciarum ejusdem Ordinis.

De voce acti-  
va, & passiva  
in Capitulis  
Electivis.

Item in Ca-  
pitulis Corre-  
ctivis.

De voce acti-  
va quocun-  
dam Superio-  
rum.

De Superio-  
ribus Locali-  
bus.  
De loco Ca-  
pitulorum Ge-  
neralium.

a dicta Sede pariter obtineri debeat. VII. Dicta  
Capitula Generalia correctiva de sexennio in  
sexennium, quemadmodum per Constitutiones,  
& earum additiones praedictas declaratur, cele-  
brentur, & in illis Procurator Generalis (qui  
in hac Alma Urbe residere tenebitur) ac Dis-  
finitores Generales dicti Ordinis ad sexennium  
tantum eligantur, eaque omnia, quae in eisdem  
Constitutionibus, & additionibus ordinantur,  
observentur. VIII. Minister Generalis dicti Or-  
dinis sit perpetuus, prout memoratis Innocentii,  
& Clementis Praedecessorum litteris, ac Consti-  
tutionibus convenit, & ab initio ejusdem Or-  
dinis usque ad annum MDCLXXXV. quo quon-  
dam Petrus Mercier illius, dum vixit, Minister  
Generalis obiit, semper observatum fuit. IX.  
Semper, & in perpetuum sint decem Disfinito-  
res Generales Ordinis praedicti, nempe quinque  
pro novem Provinciis Galliae, & quinque pro  
Provinciis Hispaniae, Italiae, & Lusitaniae, unus  
scilicet ex Castellae, alter ex Bethicae, alius ex  
Aragoniae, alius ex Italiae, & alius demum ex  
Lusitaniae Provinciis, pro ipsis respective Pro-  
vinciis; Quod si aliquem ex dictis Disfinitoribus  
ab humanis decedere, aut qualibet alia de causa  
desistere contigerit, Minister Generalis dicti Or-  
dinis pro tempore existens intra tres menses a  
notitia illius obitus, vel amissionis, aut dese-  
ctus numerandos, alium Disfinitorem Genera-  
lem ex Provincia illius, qui defunctus, vel amo-  
tus fuerit, aut defecerit, propria auctoritate  
nominet; Si vero eum intra dictos tres menses  
non nominaverit, tunc Minister Provincialis  
Provinciae hujusmodi cum illius Disfinitoribus  
Provincialibus illum ex ipsa Provincia nominet,  
& eligat pro eadem Provincia. X. Procurator  
Generalis totius Ordinis praedicti in Capitulo  
Generali correctivo ad sexennium tantum alter-  
natim eligatur, ita scilicet pro uno sexennio sit  
ex Hispania, Italiae, aut Lusitaniae, pro alio ve-  
ro sexennio ex Galliae Provinciis praedictis; Is  
autem in Urbe praedicta pro gerendis negotiis to-  
tius Religionis, residere debeat, ibique expensis  
omnium Provinciarum dicti Ordinis sustentetur  
juxta dictas Constitutiones; Ceterum primus  
Procurator Generalis hujusmodi sit ex dictis Hi-  
spaniae, Italiae, aut Lusitaniae Provinciis, se-  
quenti vero sexennio sit ex praedictis Provinciis  
Galliae. XI. Serventur dicti Ordinis Constitutio-  
nes libro 1. cap. 37. §. 12. pag. 205. XII. Mini-  
stri Generales dicti Ordinis pro tempore futuri  
habeant facultatem libere, & per se solos no-  
minandi duos Secretarios Generales, qui eis assi-  
due intersint, & assistant, quorum unus sit ex  
dictis Galliae, alter vero ex Hispania, Italiae,  
aut Lusitaniae Provinciis, quique juxta Consti-  
tutiones, & additiones praedictas graduati de-  
justitia esse debeant, & ambo vocem in predi-  
ctis Capitulis Generalibus electivis habeant, ac  
expensis ipsorum Ministeriorum Generalium su-  
stententur. XIII. Quoad Graduatos, Magistros,  
Praefatos, & Praedictores Generales Ordinis  
praefati pro dictis Provinciis Galliae per memo-  
ratum proximo futurum Capitulum generale  
provideatur.

De tempore  
Capituli Corre-  
ctivi, Offi-  
cialibusque  
in eo eligen-  
dis.

De Ministro  
Gen.

De Disfinito-  
ribus Gen.

De Procura-  
tore Gen.

De quibusda  
Constitutio-  
nibus.  
De Secreta-  
riis Gen.

De Graduatis  
aliquo.

Præces Procra-  
toris Gen.

§.3. Cum autem sicut eadem expositio sub-  
ungebat, dicti Franciscus, & Clemens Procura-  
tores Generales Capitula hujusmodi, quo fir-  
mius subsistant, & serventur exactius Apostoli-  
cae confirmationis nostrae patrocinio communi,  
ac

ac alias opportune in præmissis a Nobis provide-  
ri, & ut infra, indulgeri summopere desiderent.  
Nos ipsorum Francisci, & Clementis Procura-  
torum Generalium votis hac in re, quantum  
cum Domino possumus, favorabiliter annuere  
volentes, ac eorum, & infra nominatorum Fra-  
trum expresse professorum Ordinis prædicti sin-  
gulares personas a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis  
sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab ho-  
mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodata existunt, ad effectum  
præsentium duntaxat consequendum, harum-  
serie absolventes, & absolutas fore censentes,  
supplicationibus eorundem Francisci, & Cle-  
mentis Procuratorum Generalium nomine No-  
bis super hoc humiliter porrectis inclinati, de  
Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus  
Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super hoc  
negotio, a Nobis specialiter deputata consilio,  
prænarrata Capitula cum omnibus, & singulis  
in eis contentis, auctoritate Apostolica, tenore  
præsentium approbamus, & confirmamus, illis-  
que inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adji-  
cimus, ac omnes, & singulos juris, & facti de-  
fectus, si qui desuper quomodolibet interven-  
erint, supplemus.

Confirmatio  
relatoris Ca-  
pitulorum.

Deputatio  
Officialium  
usque ad fu-  
turum Capitu-  
lum, & ap-  
probatio ge-  
nerum om-  
nium contro-  
versiarum.

§.4. Cæterum felici, prosperoque dicti Or-  
dinis regimini, & gubernio salubriter providere  
cupientes, ac de infra scriptorum ejusdem Or-  
dinis professorum fide, prudentia, integritate,  
charitate, vigilantia, & Religionis zelo pluri-  
mum in Domino consisti, dilectos filios Grego-  
rium de la Forge in Sacra Theologia Magistrum  
in Vicarium Generalem, ac Josephum du Bois  
Conventus de Cala pro antiquis Provinciis Fran-  
ciz, & Normandiæ: Joannem Roubaud Con-  
ventus de Catalauno pro Provinciis Campaniæ,  
& Picardiæ: Ignatium Vigneaux Conventus de  
Medulco dicti Ordinis respectivo Ministros pro  
Provinciis Linguæ Occitanicæ, & Provinciæ ejus-  
dem Ordinis: & Michaëlem Trossier Exprovin-  
ciale pro Provinciis Gallicæ, & Provinciæ Con-  
gregationis mitigatæ, seu reformatæ nuncupata  
prædicti Ordinis: necnon dictum Clementem  
a Jesu Procuratorem Generalem, qui Conventus  
Sancti Dionysii de dicta Urbe prædictæ Con-  
gregationis Gallicanæ Minister existit, pro Pro-  
vinciis Provinciæ, & Italiæ dictæ Congregatio-  
nis Gallicanæ, & Vincentium Tavarez itidem  
in eadem Sacra Theologia Magistrum Fratres  
expresse professos ejusdem Ordinis pro prædicta  
Lusitanicæ Provinciæ in Diffinitores Generales  
Ordinis hujusmodi respectivo, qui nunc defi-  
ciunt, usque ad proxime futurum ipsius Ordinis  
Capitulum Generale, quod dicta Dominica quar-  
ta post Pascha Resurrectionis Dominicæ cele-  
brandum erit, cum omnibus, & singulis præ-  
rogativis, præminentibus, facultatibus, aucto-  
ritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac ho-  
noribus, & oneribus solitis, & consuetis, eadem  
auctoritate harum serie constituimus, & depu-  
tamus. Alios autem quatuor Diffinitores cate-  
garum Hispaniæ, & Italiæ Provinciarum prædi-  
ctarum nunc existentes in suis muneribus conti-  
nuare, hosque omnes decem Diffinitores Gene-  
rales vocem in dicto proximo futuro Capitulo  
generali habere, in futurum vero per ipsum Ca-  
pitulum Generale, quod eos hac prima vice tan-  
tum confirmare valeat, de illis provideri debe-

re, auctoritate, & tenore prædictis decernimus,  
& ordinamus. Præterea eidem Gregorio eadem  
auctoritate concedimus, & indulgemus, ut di-  
ctum Capitulum Generale convocare, ac in eo  
præsiderè, ibique etiam in Ministrum Genera-  
lem dicti Ordinis eligi libere, licite, & valide  
possit, & valeat, ipsumque Gregorium adver-  
sus quodcumque impedimentum ratione prædi-  
ctarum controversiarum, seu illarum occasione  
quomodolibet contractum ad officium Ministri  
Generalis hujusmodi obtinendam, & exercen-  
dum, auctoritate, & tenore prædictis opportu-  
ne habilitamus, habilemque, & capacem faci-  
mus, & declaramus: demum omnes actus tem-  
pore dictarum controversiarum, tam in Capi-  
tulis Generalibus, & Provincialibus quam in  
Diffinitoriis, ac in particularibus, & privatis  
tractatibus, seu Instrumentis, aut alias quomo-  
dolibet factos, & gestos, necnon omnes, & sin-  
gulas institutiones Superiorum, collocações  
Fratrum, & professiones in dicto Ordine hactenus  
factas, & emissas, adversus quoscumque  
juris, & facti defectus, qui propter controver-  
sias hujusmodi desuper quovis modo interven-  
erunt, seu intervenisse dici, censerì, intelligi, vel  
pretendi valerent, dicta auctoritate earumdem  
tenore præsentium revalidamus, ipsosque defectus  
supplemus, tollimus, sanamus, & abolemus.

§.5. Mandantes propterea in virtute sanctæ  
obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliis-  
que arbitrio nostro imponendis penis omnibus,  
& singulis Ordinis, & Congregationum hujus-  
modi Superioribus, Fratribus, & personis, cæ-  
terisque, ad quos spectat, & spectabit in futu-  
rum, ut supra scriptos Fratres ad officia eis re-  
spectivo per presentes demandata, illorumque  
liberum exercitium juxta earumdem tenorem  
præsentium recipiant, & admittant, illosque re-  
cognoscant, & illis in omnibus, quæ ad eadem  
officia pertinent, pareant, & obediant, faveant-  
que, & assistant respectivo.

Mandati re-  
cognitionem di-  
prædicti Offi-  
cialis.

§.6. Ac decernentes pariter ipsas presentes  
litteras semper firmas, validas, & efficaces exi-  
stere, & fore, suosque plenarios, & integros  
effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos  
spectat, & pro tempore quodcumque spectabit  
in omnibus, & per omnia plenissime suffragari,  
& ab eis respectivo inviolabilitet observari: Sic-  
que in præmissis per quoscumque Judices ordina-  
rios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apo-  
stolici Auditores judicari, & definiti debere; ac  
irritum, & inane, si secus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tingerit attentari.

Clausula.

§.7. Non obstantibus præmissis, ac Consti-  
tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec-  
non dicti Ordinis, illiusque Congregationum, &  
Provinciarum præfatarum, aliisque quibusvis,  
etiam Juramento, confirmatione Apostolica,  
vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &  
consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis,  
& literis Apostolicis in contrarium præmissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis, & inno-  
vatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum-  
tenores præsentibus pro plene, & sufficienter ex-  
pressis, & de verbo ad verbum insertis habentes,  
illis alias in suo robore permanens, ad præmis-  
sorum effectum hac vice duntaxat specialiter,  
& expresse derogamus, cæterisque contrariis qui-  
buscumque.

§.8. Va-

§.3. Volumus autem, ut earumdem præsen-  
tium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam  
impressis, manu alicujus Notarii publici sub-  
scriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica digni-  
tate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in  
judicio, & extra habeatur, quæ presentibus ipsis  
adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.  
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Augusti  
MDCCLIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LIII.

Conceditur facultas utendi Altari portatili, &  
abfolvendi a casibus reservatis in quibusdam  
partibus Infidelium Fratrum Discalceatis San-  
ctis. Trinitatis. Redempt. Captiv. Congregat.  
Hispaniæ.

Inn. XII. Const. ed. 1695, Apr. 23, P. 4 concessa fuit  
facultas eligendi Judices Conservatores. Et hu-  
jus Pontif. Const. ed. 1720, Mar. 2, P. 20 concedi-  
tur Commissariis Gen. aliud tempus post electionem  
Generalis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Idem conce-  
sum fuit cum  
aliis in Africa  
ab Urb. VIII.

Alia fel. rec. Urbano Papa VIII. Prædeces-  
sori Nostro pro parte tunc existentis Pro-  
curatoris Generalis Fratrum Discalceatorum,  
nuncupatorum Ordinis Sanctis. Trinitatis Red-  
emptionis Captivorum Congregationis Hispani-  
arum exposito, quod Congregatio prædicta  
juxta laudabile ipsius Institutum ejus Religiosos  
in Africam, ut Christianos inibi sub misera  
Turcarum servitute constitutos, quos poterant,  
ab illa eximere querebant, eosque in Domino  
consolabantur, Ecclesiastica Sacramenta illis ad-  
ministrabant, ac eorum denique animarum sa-  
luti, quibus poterant, rationibus, incumbere  
valebant, mittere intendebant, memoratus  
Urbanus Prædecessor, ut iidem Religiosi in-  
commissis sibi munere hujusmodi ad eorundem  
Christianis spirituales fructus utilius sese  
exercere valerent, supplicationibus dicti Pro-  
curatoris Generalis nomine sibi super hoc hu-  
militate porrectis inclinatus, Religiosis mitten-  
dis hujusmodi, quod Altare portatile cum de-  
bita reverentia, & honore, super quo in locis  
Africæ duntaxat honestis tamen, & congruis,  
etiam non sacratis, & cum temporis qualitas  
id exegisset, etiam antequam illucesceret dies,  
circa tamen diurnam lucem, in dictorum Cap-  
tivorum, & aliorum fidelium in dictis locis de-  
gentium præsentia Missas, & alia divina Offi-  
cia celebrare, omnesque, & singulos eorum-  
dem locorum utriusque sexus Christianos,  
ipsorum confessionibus diligenter auditis a qui-  
buscumque excessibus, & delictis, etiam in Bul-  
la die Coenæ Domini legi solita contentis, ac  
pro commissis per eos, & eorum quemlibet  
penitentiam injungere salutarem; Necnon his  
qui peccata sua confessi, & de illis corde con-  
triti fuissent, ac Sanctis. Eucharistia Sacramen-  
tum sumpserint, quoties id fecissent, toties  
plenariam omnium, & singulorum peccatorum  
suorum indulgentiam, & remissionem miseri-  
corditer in Domino elargiri libere, & licite

valerent, Apostolica auctoritate facultatem im-  
petitus fuit. Necnon eisdem, qui dura ser-  
vitate in illis partibus oppressi pro tempore  
fuissent, quotiescumque ab Ecclesia Romana  
illius Thesauros reserari, & generales peccato-  
rum remissiones per Romanos Pontifices, etiam  
præscripta fidelibus ad illas assequendas, forma,  
& Statuto tempore in eisdem adjecto proponi  
contigisset, cum primum illarum ad eosdem  
Captivos notitia pervenisset aliqua agendo,  
quæ naturali libertate privatum verisimile erat  
facere posse, illas omnes consequi, quæ alii  
Christiani tempore, & formam exacte, in il-  
larum concessione tradita observantes conse-  
quuti fuissent, eadem auctoritate voluit, &  
declaravit, & alias prout in ipsius Urbani Præ-  
decessoris literis desuper in simili forma Brevis  
die 20. Januar. 1626. expeditis, quarum tenore  
præsentibus pro plene, & sufficienter expresso,  
& inserto haberi volumus, uberius continen-  
tur.

Causa sequen-  
tis Concessio-  
nis cum præ-  
dictis Procura-  
toris Gen.

§.1. Cum autem, sicut Procurator Generalis  
dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit,  
eadem Congregatione Germaniæ, & Poloniæ  
Regnis subinde propagata, Fratres ejusdem  
Ordinis in novis Conventibus Regnorum hujus-  
modi commorantes Constantinopolim, ad Tar-  
tariæ partes, aliaque Infidelium loca ad Capti-  
vos hujusmodi redimendos sese conferre soleant,  
ac proinde ipse Procurator Generalis prædictas  
Urbani Prædecessoris Literas ad loca hujusmodi  
a Nobis extendi, & ampliari plurimum desi-  
deret. Nos piis ipsius Procuratoris Generalis  
votis hac in re quantum cum Domino pos-  
sumus annuere cupientes, supplicationibus ejus  
nomine Nobis super hoc humiliter porrectis  
inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum  
S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Inter-  
pretum, consilio, & attenta relatione dilecti  
filii nostri in Alma Urbe Vicarii in spiritualibus  
generali super præmissis eisdem Cardinalibus  
facta, Fratribus dicti Ordinis ad loca Infidelium  
hujusmodi sese conferentibus, ut Altari porta-  
tili utantur, & a casibus reservatis in eisdem  
locis Infidelium duntaxat cum dependentibus  
tamen a nunc, & pro tempore existentibus  
Vicariis Apostolicis a Sede Apostolica deputatis  
absolvere possint, & valeant, Apostolica au-  
thoritate tenore præsentium concedimus, & in-  
dulgemus; Salva tamen semper in præmissis au-  
thoritate Congregationis eorundem Cardina-  
lium.

Concessio d-  
facultatis e-  
dependentia a  
Vicariis Apo-  
stolicis.

§.2. Decernentes easdem presentes Literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro  
tempore quodcumque spectabit in omnibus, &  
per omnia plenissime suffragari: Sicque in  
præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, &  
Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici  
Auditores judicari, & definiti debere; ac irri-  
tum, & inane si secus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contige-  
rit attentari.

Clausula.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, &  
singulis illis, quæ in ejusdem Urbani Prædeces-  
soris literis concessa sunt non obstant, cæteris-  
que contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præ-  
sentium tenore præsentibus pro plene, & sufficienter expresso,  
& inserto haberi volumus, uberius continen-  
tur.

H

sentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel offensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XXI. Nov. MDCCIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LIV.

Conceduntur privilegia Exprovincialium Missionariis in Aethiopia Ord. Min. de Observ. Reformat:

Commissarius Terrae Sanctae nequit commorari in Cenobio S. Trinitatis Civit. Neapolis Inn. XI. Const. ed. 1678, Maji 25, P. 2. Idem privilegium Exprovincialium conceditur Penitentiaris Sancti Jo. in Laterano de Urbe a Bened. XIII. Const. ed. 1721, Sep. 1, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Justitiae, & aequitatis ratio postulat, ut operarii in Vineam Domini strenue, utiliterque laborantes praemii, & honoribus decorentur, quibus, & ipsi ad constanter in suis laboribus persistendum, & alii ad ejusmodi labores alacriter subeundos stimulentur.

Cum itaque (sicut accepimus) Fratres Millionarii Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum in Aethiopia pro tempore deputati, sive illuc ex Europa se conferendo propter itinerum peraspera, & deserta loca, montesque agendorum difficultates, & pericula, sive ibi commorando, propter immodicos illarum Regionum calores, & diversi climatis, ciborumque insalubrium, qualitates eorum naturae contrarias, maximos labores sustineant: Quo vero eorum animi ponderi non succumbant, & in susceptis pro Catholicae fidei, Christianaeque Religionis propagatione laboribus hujusmodi confirmetur, & defessis, seu mercedem emeritis novi semper, & alacres, strenueque Operarii succedant, spe alicujus honoris, & praemii sublevandi, & excitandi sint. Hinc est, quod nos ex commissa nobis coelitus dispensationis munere illorum honorificentiae consulere volentes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S.R. Ecclesiae Cardinalibus Congregationis negotii Propagandae Fidei praepositis super rebus Aethiopiae specialiter deputatorum consilio, ac Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, dictis Fratribus Missionariis, ut post servitium, seu ministerium in Missione Aethiopiae per duodecim annos dictae Congregationi Cardinalium perseveranter, & laudabiliter praeritum, si ad suas proprias dicti Ordinis Provincias redire voluerint, reversi omnibus, & singulis privilegiis, praerogativis, praemissis, & praecedentibus, quibus Fratres dicti Ordinis, qui Ministri Provinciales fuerunt, tam de jure, quae, & consuetudine, quam alias quomodolibet

Concessio dd. privilegiorum post 12. annos Ministerii.

utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si Provincialatus munere perfuncti fuissent, itaut inter ipsos Fratres Missionarios, ac Exprovinciales servetur aequalitas, & quoad ordinem, praecedentiae sola prioritas, sive antianitas Paternitatis attendatur, tenore praesentium, concedimus, & indulgemus.

Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac d. Ordinis ejusque Provinciarum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XI. Januarii MDCCIV. Pontificatus nostri anno Quarto.

LIV.

Damnatur, & prohibetur Libellus sub tit. Veritable tradition de l'Eglise sur la predestination, & la grace &c. Par M. de Launoy &c.

Const. ed. 1703, Feb. 12, P. 3. Damnata suere folia Cas de conscience &c. Et Const. sequenti damnatur folia: Acte d'Appel &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM, sicut Nobis innotuit, in lucem prodierit libellus quidam cui titulus: Veritable tradition de l'Eglise, sur la predestination, & la grace &c. Par M. de Launoy Docteur en Theologie, de la Maison, & Societe de Navarre. A Liege chez Nicolas le Francois, proche les Carmes en Isle, a la prudence 1702. Nuperrime vero Venerabiles Fratres nostri S.R. E. Cardinales in tota Republica Christiana contra haeticam pravitatem, Generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, audita libelli hujusmodi censura, illum ad minus, tamquam impium, blasphemum, necnon fulgidissimo Catholicae Ecclesiae lumini, maximoque Doctori Sancto Augustino quin-

Referatur liber, ejusque damnationis causa.

Ad perpet. rei memoriam.

CUM Nos alias per quasdam nostras in simili forma Brevis literas librum quemdam Gallico idiomate conscriptum, & in duas partes divisum, sub titulo: Ordonnance de Leopold I. Duc de Lorraine, & de Bar &c. donec a Nancy au Mois de Juillet 1701. A Nancy chez Paul Barbier Imprimeur, Libraire a la Ville Neuve 1701. damnaverimus, & reprobaverimus, ac legi, seu retineri prohibuerimus, & alias, prout in praedictis nostris literis die 22. Septembris proxime praeteriti expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur; Subinde vero ad Apostolatus nostri notitiam pervenisset in vulgus circumferri quaedam Folia eodem gallico idiomate typis impressa, quibus titulus: Acte d'Appel interjeté par le Procureur General de Lorraine, & Barrois de l'execution du Bref du 22. Septembre dernier rendu contre l'Ordonnance de Son Altesse Royale du mois de Juillet 1701. de notre Saint Pere le Pape Clemente XI. mal informé, a notre dit Saint Pere le Pape, lors qu'il sera mieux informé, avec l'Arrêt d'enregistrement d'icelui: Nos nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris S.R. E. Cardinalibus, alioque in Sacra Theologia Magistros, & in Decretis Doctores ad eorundem Foliarum examen delegimus, qui omnes Folia ipsa, tanquam continentia propositiones falsas, temerarias, calumniosas, in praxi perniciosas, Ecclesiae injurias, ac jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticae laesivas, similiter damnanda, & prohibenda esse censuerunt. Auditis itaque eorundem Cardinalium, Magistrorum, & Doctorum sententiis, creditum nobis a Domino pastoralis cure, atque vigilantiae munus, quantum nobis ex alto conceditur, salubriter exequi cupientes de ipsorum Cardinalium consilio, Folia supradicta auctoritate Apostolica tenore praesentium damnamus pariter, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specifica & individua mentione, & expressione dignis, sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice, pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus.

Scopus foliorum.

Causa damnationis d. foliorum.

Damnatio, & prohibitio praed.

Mandati tradendi dd. folia, & executioni mandandi Breve ed. 22. Septembris.

quinimo ipsimet Ecclesiae, atque Apostolicae Sedi injuriosum, damnandum, & prohibendum esse censuerunt: Hinc est, quod nos pro commissa Nobis divinitus gregis Dominici cura, animarum periculis, atque detrimentis, quae ex praefati libelli lectione, & usu provenire possent, pastorali sollicitudine, quantum cum Domino possumus, occurrere cupientes, necnon Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, qui ejusdem Sancti Doctoris praecelsam Doctrinam magno semper in pretio habuerunt, totoque mentis affectu amplexi fuerunt, laudabilibus vestigiis firmiter inherere volentes, de memoratorum Cardinalium consilio, libellum praedictum auctoritate Apostolica tenore praesentium damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque libelli impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda a qua nemo a quoquam, praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice, pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate praefata mandantes, ut quicumque libellum hujusmodi penes se habuerint, illum statim atque praesentes literas eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel haeticae pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignate teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita, illico flammis aboleri curent. In contrarium factis omnibus non obstantibus quibuscumque.

Damnatio, & prohibitio praedicta ad mandatum tradendi libellum Inquisitoribus, vel Ordinariis.

Clausula.

Ut autem eadem praesentes literae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate praedicta decernimus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum; ac Cancellariae Apostolicae, necnon Curiae Generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Flore de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exemplaria ibidem affixa relinquere; sic vero publicatas omnes, & singulas, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent.

Ipsarum autem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quae haberetur eisdem praesentibus, si exhibitae forent, vel offensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Januarii MDCCIV. Pontificatus nostri anno Quarto.

LVI.

Damnatur, ac prohibetur quaedam Folia impressa sub titulo: Acte d'Appel interjeté par le Procureur General de Lorraine, & Barrois de l'execution du Bref du 22. Septembre dernier &c.

Dat. 12. Febr. 1704. An. 4.

Const. praecedenti damnatus fuit libellus: Veritable tradition &c. Et Const. ed. 1705, Jul. 16, P. 5 damnatur Jansenianismus.